

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] sit peccatu[m] accipere vsura[m] p[ro] pecunia mutuata? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

De peccato usuræ quod committitur in mutuis, in  
quatuor articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de peccato usuræ,  
quod committitur in mutuis.

¶ Et circa hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum sit peccatum, accipere pecuniam  
in premium pro pecunia mutuata: quod est ac-  
cipere usuram?

¶ Secundo, vtrum licet pro eodem quamcumque  
utilitatem accipere, quasi in recompensationem  
mutui?

¶ Tertio, vtrum aliquis restituere teneatur id quod  
de pecunia usuraria iusto lucro lucratus est?

¶ Quarto, vtrum licet accipere mutuo pecuniam  
sub usurâ?

ARTIC. I.

Vtrum accipere usuram pro pecunia mutuata,  
sit peccatum?

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod acci-  
pere usuram pro pecunia mutuata, non sit pecca-  
tum. Nullus enim peccat ex hoc, quod sequitur exem-  
plum Christi. Sed Dominus de seipso dicit, Luc. 19.  
Ego veniens cum usuris exegissim illam, scilicet pe-  
cuniam mutuatam. Ergo non est peccatum accipere  
usuram pro mutuo pecunia.

¶ 2 Præterea, sicut dicitur in Psalm. 18. Lex Do-  
mini immaculata: quia scilicet peccatum prohibet.  
Sed in lege diuina conceditur aliqua usurâ: secundum  
illud Deuter. 23. Non fenerabis fratri tuo ad usuram,  
pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed  
alieno. Et quod plus est, etiam in premium repro-  
mittitur pro lege seruata: secundum illud Deut. 28.  
Fenerabis gentibus multis, & ipse à nullô fenus ac-  
cipes. Ergo accipere usuram non est peccatum.

¶ 3 Præterea, in rebus humanis determinatur iu-  
stitia per leges ciuiles. Sed secundum eas conceditur  
usuras accipere. Ergo videtur non esse illicitum.

¶ 4 Præ-

417

3. d. 37.  
art. 6. Et  
mal. q. 3  
art. 4. Et  
quoli. ~  
ar. 19. ~  
opus. 71.  
c. 4. et 19  
cl. 1. §.  
sane de  
usuris c.  
i. de usu  
ris.

¶ 4 Præterea, Prætermittere consilia non obligat ad peccatum. Sed Luca 6. inter alia consilia ponitur, Date mutuum, nihil inde sperantes. Ergo accipere usuram non est peccatum.

¶ 5 Præterea, Præsum accipere pro eo, quod quis facere non tenet, non videtur esse secundum se peccatum. Sed non in quolibet easu tenetur pecuniam habens eam proximo mutuare. Ergo licet ei aliquando pro mutuo accipere præsum.

¶ 6 Præterea, Argentum monetatum & in vasas formatum, non differt specie. Sed licet accipere præsum pro vasis argenteis accommodatis. Ergo etiam licet accipere præsum pro mutuo argenti monetati. Usura ergo non est secundum se peccatum.

¶ 7 Præterea, Quilibet potest licet accipere rem, quam ei dominus rei voluntariè tradidit. Sed ille qui accipit mutuum voluntariè, tradit usuram. Ergo ille qui mutuat, licet potest accipere.

SE D contra est, quod dicitur Exodi 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor: nec usuris opprimes.

RESPONDEO dicendum, quod accipere usuram pro pecunia mutuata, est secundum se iniustum, quia venditur id quod non est: per quod manifeste inæqualitas constituitur, que iustitia contrariatur. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod quædam res sunt, quarum usus est ipsarum rerum consumptio: sicut vinum consumimus, eo vtendo ad potum; & triticum consumimus, eo vtendo ad cibum. Vnde in talibus non debet seorsum computari usus rei à re ipsa, sed cuicunque conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res: & proper hoc in talibus, per mutuum, transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & vellet seorsum vendere usum vini, venderet eandem rem his, vel venderet id quod non est. Vnde manifeste per iniustitiam peccaret. At simili ratione iniustum

tiam commitit qui mutuat vinum, aut triticum, petens sibi duas recompensationes: unam quidem restitucionem æqualis rei, aliam verò pretium usus, quod usura dicitur. Quædam verò sunt, quorum usus non est ipsa rei consumptio: sicut usus domus est inhabitatio, non autem dissipatio. Et ideo in talibus seorsum potest utrumque concedi: puta cum aliquis tradit alteri dominium donus, reservato sibi usu ad aliud tempus: vel e conuerso, cum quis concedit alicui usum domus, reservato sibi eius dominio. Et propter hoc licet potest homo accipere pretium pro usu domus, & præter hoc pereire domum accommodatam: sicut patet in conductione, & locatione domus. Pecunia autem secundum Philosophum in \* quinto Ethicorum, & in 1. Politicorum, principaliter est inuenta ad commutations faciendas. Et ita proprius & principalis pecuniae usus, est ipsius consumptio, sive distractio, secundum quod in commutations expenditur. Et propter hoc secundum se est illicitum pro usu pecuniae mutuata accipere pretium, quod dicitur usura. Et sicut alia iniuste acquisita tenetur homo restituere, ita restituere tenetur pecuniam, quam per usuram accepit.

L. 5. Ethic.  
C. 5. C. 1.  
Poli c. 6.  
C. 7. t. 50

Ad primum ergo dicendum, quod usura ibi metaphoricè accipitur pro superexcessentia bonorum spiritualium, quam exigit Deus, volens ut in bonis acceptis ab eo, semper proficiamus: quod est ad utilitatem nostram, non eius.

Ad secundum dicendum, quod Iudeis prohibitum fuit accipere usuram à fratribus suis, scilicet Iudeis: per quod datur intelligi, q[uod] accipere usuram à quocumque homine, est simpliciter malum. Debemus enim omnem hominem habere quasi proximum, & ut fratrem, præcipue in statu Euangelij, ad quod omnes vocantur. Vnde in Psal. 14. absolute dicitur, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Et Ezech. 18. Qui usuram non accepit. Quod autem ab extraneis

2:8 QVÆST. LXXVIII. ART. I.  
transiſ vſuram acciperent , non fuit eis concessum  
quasi licitum, ſed permifſum ad maius malum vitan-  
dum: ne ſcilicet à Iudeis Deum coletibus vſuras ac-  
ciperent propter avaritiam, cui dediti erant , vt ha-  
betur Isa. 56. Quod autem in p̄mūium promittitur,  
ſenerabſ gentibus multis, &c. ſeñus ibi largè acci-  
pitur pro mutuo, ſicut & Ecclesiast. 29. dicitur, Mu-  
ti non cauſa nequitie non ſenerati ſunt, id eſt, non  
mutuauerunt . Promittitur ergo in p̄mūium Iudeis  
abundantia diuitiarum : ex qua contingit quōd alijs  
mutuare poſſint.

Ad tertium dicendum , quōd leges humanae di-  
mittunt aliqua peccata impunita , propter condicio-  
nes hominum imperfectorum , in quibus multæ vi-  
litates impedirentur, ſi omnia peccata diſcretè pro-  
hiberentur penitie adhibitus . Et ideo vſuras lex hu-  
mana confeſſit, non quasi aëtimans eas eſte ſecundū  
iufitiam, ſed ne impedirentur utilitates multorum.  
Vnde in ipſo iure ciuili dicitur, quōd res quæ vſu con-  
ſumuntur, neque ratione naturali , neque ciuili reci-  
piunt vſumfructum , & quod Senatus non fecit ea-  
rum rerum vſumfructum: nec enim poterat. Sed qua-  
fi vſumfructum conſtituit, concedens, ſcilicet vſuras.  
*7 pa* Et Philosoph. naturali ratione ductus dicit\* in 1. Po-  
litic. quōd vſuraria acqſitio pecuniarum , eſt maxi-  
mè præter naturam .

Ad quartum dicendum, quōd dare mutuum, non  
ſemper tenetur homo : & ideo quantum ad hoc po-  
nitur inter confilia . Sed quōd homo lucrum de mu-  
tuuo non quozrat, hoc cadit ſub ratione p̄cepti . Pe-  
reft tamen dici confilium per comparationem ad di-  
cta Pharifeorum , qui putabant vſuram aliquam eſſe  
licitam: ſicut & dilectio inimicorum eſt consilium.  
Vel loquitur ibi non de ſpe vſurarij lucri , ſed de  
ſpe, quæ ponitur in homine . Non enim debemus  
mutuum dare , vel quodcumque bonum facere pro-  
pter ſpem hominis , ſed propter ſpem Dei .

Ad quintum dicendum, quōd ille qui mutuare non  
tenet-

tenetur, recompensationem potest accipere eius, quod fecit, sed non amplius debet exigere. Recompensatur autem sibi secundum æqualitatem iustitiae, si tantum ei reddatur, quantum mutuauit. Vnde si amplius exigat pro vsu fructu rei, quæ alium vsum non habet, nisi consumptionem substantiae, exigit pretium eius quod non est: & ita est iniusta exactio.

Ad sextum dicendum, quod vsus principalis vasorum argenteorum, non est ipsa eorum consumptio. Et ideo vsus eorum potest vendi licet, seruato domino rei. Vsus autem principalis pecunie argenteæ est distractio pecunie in commutationes. Vnde non licet eius vsum vendere, cum hoc, quod aliquis velit eius restitutionem, quod muruo dedit. Sciendū tamen quod secundarius vsus argenteorum vasorum posset esse commutatio: & talem vsum eorum non licet vendere. Et similiiter potest esse aliquis secundarius vsus pecunie argenteæ, utputa si quis concederet pecuniam signatam ad ostentationem, vel ad pondendum loco pignoris: & talem vsum pecunie licet homo vendere potest.

Ad septimum dicendum, quod ille qui dat vsum, non simpliciter voluntariè dat, sed cum quadam necessitate, in quantum indiget accipere pecuniam mutuo, quam ille qui habet, non vult sine vsuma mutuare.

## ARTIC. II.

*Vtrum liceat pro pecunia mutuata, aliquam aliam commoditatem expetere?*

418

**A**D secundum sic proceditur. Videlur, quod aliquis possit pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere. Unusquisque enim licet potest sua indemnati consulere. Sed quandoque damnum aliquis patitur ex hoc, quod pecuniam mutuat. Ergo licitum est ei supra pecuniam mutuam aliquid aliud pro damno expetere vel etiam exigere.

Mal. 9.13

a.4 ad 10

Et opus.

21.9.1. et

4. Et opu.

73.6.3. et

7.

¶ 2 Præ-